



¶ Pars. .I.VII.

¶ Ca. .I.

et scripta: quare propter omnem illuminationem intellectus humanam. ac propter omnem edificationem ecclesie sue que inde elici possunt ea voluit esse et dicta et scripta. Propter omnes igitur intellectum ad eruditionem nostram salutarem pertinentem. que inde elici potest. voluit ea dicta esse et scripta. Attē de igitur diligenter istas duas radices: et videbis euidenter nō humano sensu. non fortuito casu sacram scripturam editā eē. et scriptam seu ordinatam. sed sapientie celestis artificio admirando. videbis etiam ad magistrum diuine pietatis pertinere: ut omnis liber eiusdem propter omnem eruditionem et edificationem. que inde elici potest scripti sunt. alioquin restrictio esset intentio eius in parte ista q̄ eius largitas patiatur.

¶ Pars septima

¶ Ca. .II.

**D**ostq̄ autem auxilio dei ostendimus intelligentiam literalem legis hebreorum. in his in quibus videbatur absurda. et nullo modo conueniens sapientie tante prophetie. ne dum sapientie dei et declarauimus omnes causas preceptionis et prohibitionis. et hoc rationibus et exemplis atq̄ similitudinibus. Et q̄a similis necessitas induxit ecclesiam dei. et apud eam pars huiusmodi prohibitionis et preceptionis perpetuo staret. sicut prohibitio signatum et characterum seu figuratum. similiter auguriorum et omnium diuinationum et omnium obseruationum. que quolibet modo vergunt in ydolatriam. et patefecimus in super. quia preter intelligentiam literalem in eadem lege est omnis intellectus ad salutarem eruditionem pertinens. qui ex ea elici potest. non qui per quacumq̄ violentiam literarum repugnantiam eidemq̄ abusive impositionis. Et quia diuine bonitatis intentio fuit de scriptura sacra. et omnis intellectus salutaris eruditionis qui ex eis conuenienter ut diximus elici possent in ea intelligitur. et quia omnem huiusmodi intellectum ipse intellexit in ea. quemadmodum in omni creatura sua intendit esse bonum. quod ex ea siue per eam prouenire potest utentibus. Et propter omne illud bonum creauit eam. sic et propter omnem huiusmodi intellectum sacra scripturam inspirauit ac edidit. Postq̄. inquam de his oib. put de diuine largitate dignatione accepimus. expediti sumus. **B** **H** Accedem? iuxta pmissum ad de/structionē deliramentorū et insaniarū Machometi. q̄ nomen legis. intolerabile. abusive usurpauit. Hanc at abusive induxit